

*127. Instrumentum venditionis di
Giacomo de Bono Ioanne in favore
della chiesa cattedrale di S. Gerardo*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*127. Instrumentum venditionis di
Giacomo de Bono Ioanne in favore
della chiesa cattedrale di S. Gerardo*

1432-09-15

(c. 209r) In nomine domini nostri Iesu Christi amen.
Anno nativitatis eiusdem millesimo quadrigentesimo
tricesimo tertio, regnante serenissima domina nostra
regina Ioanna secunda Dei gratia Ungarie, Hierusalem,
Sicilie, Dalmatie, Croatie, Rame, Servie, Galitie,
Comanie, Bulgarieque regina, ducatus Apulie
et principatus Capue, Provincie, Forcalquerii ac
Pedimontis comitissa, regnorum vero eius anno decimo
«nono» feliciter amen, die vero quintodecimo mensis
(settem)bris, undecime indictionis, Potentie et intus
ecclesiam Santi Girardi civitatis eiusdem.

1

2

Nos Iacobus Curialis annalis iudex civitatis ipsius,
Matheus de Sacco de civitate Potentie publicus ubilibet
per regnum Sicilie reginali autoritate notarius et testes
subscripti ad hoc vocati specialiter et rogati, presenti

Il documento, sotto l'anno 1433 in S, va ricondotto al 1432 in ragione del computo indizionale, espresso in stile bizantino; quanto all'era regni, si ipotizza una omissione in S del secondo numero (sopra nota a), giacché il decimo anno di regno della regina Giovanna II coincide con il 1423; poiché il notaio Matteo de Sacco è solito computare l'era regni per anni interi, la proposta di integrazione è stata fatta tenendo conto di tale calcolo. È necessario rilevare che nei doc. successivi qui editi, a firma del medesimo rogatario, tali aporie sono del tutto assenti e i dati cronici sono sempre concordanti; al momento, non disponendo di originali, non si può stabilire con certezza se le oscillazioni testé rilevate siano iscrivibili al rogatario ovvero – come pare più probabile – a difetti nella trascrizione.
Integrazione per salto in S, ipotizzando il computo per anni interi

scripto puplico venditionis instrumento notumfacimus et testamur quod eodem die eiusdem ibidem constitutis in nostri presentia Iacobo de Bono Ioanne de ditta civitate Potentie, agente pro se et suis heredibus et successoribus universabilibus et singularibus, ex una parte, et venerabilibus clericis domno Comino de Bono Pari, cantor ecclesie Santi Girardi preditte ac domno Luca de Zoffo, yconomis et veris procuratoribus, ut dixerunt, eiusdem ecclesie Santi Girardi preditti, agentibus similiter procuratorio nomine et pro parte eiusdem ecclesie Santi Girardi ex parte altera, prefatus vero Iacobus de Bono Ioanne coram nobis // (c. 209v) asseruit, presentibus ipsis domno Comino et domno Luca ut supra procuratoribus audientibus et intelligentibus, nomine quo supra se habere, tenere et possidere iuste et rationabiliter ac legitime et pleno iure, tamquam verum dominum et patronum, iusto titulo et bona fide, iure legati, comuniter et pro indiviso cum illuminaria <sic> eiusdem ecclesie Santi Girardi, medietatem terrarum cultarum et incultarum, cum introitibus et exitibus et pertinentiis omnibus quibuscumque ad dittas terras spettantibus et pertinentibus quovis modo, sitarum et positarum in tenimento civitatis eiusdem, in contrata Rivi Frigidi, in loco ubi dicitur vulgariter le Pontare; que terre fuerunt condam domini Nicolai notarii Andre#, ut dixit, canonici eiusdem ecclesie preditte; quarum terrarum prefatus idem dominus Nicolaus medietatem legavit p(refa)to Iacobo de Bono Ioanne et aliam medietatem, ut dixit, legavit luminarie preditte <ecclesie> Santi Girardi comuniter et pro indiviso, s(cilicet) et ut dixit ipse Iacobus terre preditte fuerunt prius condam domini Andre# cantoris ecclesie preditte ac fratris eiusdem condam domini Nicolai legitimis et naturalis, quas terras omnes

integras prefatus // (c. 210r) idem dominus Andreas legavit eidem condam dopno Nicolao preditto fratri suo, ut dixit; quarum terrarum predittarum hos dixit esse fines: ab inferiori parte iuxta flumen Rivi Frigidi preditti, iuxta terras luminarie Santi Girardi preditti mediante vallone de Auda; a superiori parte ut dicitur la Serra deli Fontanili, iuxta terras ditti episcopi Potentini mediante via puplica, iuxta terras demanii mediante via qua itur ad vallonem predittum de Auda; item ultra vallonem predittum a tribus partibus tenet preditta luminaria limitibus mediantibus, ab uno latere iuxta terras domini episcopi preditti mediante decursu aque stagnatibus; item in eodem latere ubi dicitur lo Lagno grande a tribus lateribus preditte terre tenet dominus episcopus predittus mediantibus limitibus et si qui sunt confines. Predittam quidem medietatem ipsarum terrarum, liberam et exemptam ab omni venditione, alienatione, donatione, obligatione, hipotecatione reali et personali, onere redditu, censu, servitio et prestatione quacumque et nemini venditam, alienatam, obligatam aut alicui oneri vel obligationi summissam, qua(m) prefatus Iacobus de Bono Ioanne predittus non vi, malo, metus ductus, ut dixit, nec aliquibus suasionibus circumventus, sed sua gratuita, libera, propria et spontanea voluntate, sicut // (c. 210v) sibi utile et expediens visum fuit, vendidit, alienavit et per fustis traditionem assignavit iure proprio et inperpetuum eisdem procuratoribus ibidem presentibus pro luminaria prefate ecclesie Santi Girardi preditte et pro prefata ecclesia presentibus et successoribus recipientibus et ementibus medietatem predictarum terrarum eidem Iacobo legatam, ut predicitur, per prefatum condam dominum Nicolaum notarii Andre#, francam medietatem

ipsam ab omni onere redditus, servitii sive census, cum omnibus proprietatibus, introitibus et exitibus ac iuribus et rationibus quibuscumque ad dittam medietatem terrarum predittarum spettantibus et pertinentibus quoquomodo, cum integro statu suo prout consistit et consistere consuevit. Et dittus venditor voluntarie et gratanter prefatos procuratores emptores in corporalem possessionem medietatis dittarum terrarum coram nobis per fustem induxit ad verum dominium et proprietatem eiusdem luminarie ditte ecclesie Santi Girardi et eiusdem ecclesie presentium et successorum ad habendum, tenendum, possidendum, vendendum, donandum, permutandum ac faciendum quidquid ditti procuratores, nomine quo supra emptores, voluerint et eidem ecclesie et successores cum viis suis atque cum omnibus iuribus et pertinentiis suis med(ieta)ti dittarum terrarum pertinentibus et spettantibus quoquo modo. Pro qua quidem venditione prefatus Iacobus de Bono Ioanne // (c. 211r) venditor coram nobis confexus et contentatus fuisse <sic> <se> habuisse et manualiter recepisce a dittis domno Comino de Bono Pari et domno Luca de Zoffo, ut supra procuratoribus ac nomine et pro parte eiusdem ecclesie solventibus et emptoribus, nomine ultimi et finalis pretii conventi inter partes easdem in carlenis argenti, sexaginta per unciam et duobus pro tareno quolibet computatis, totum s(cilicet) et pretium venditionis ipsius, unciam unam usualis pecunie regni ponderis generalis, promittens dittus Iacobus venditor per stipulationem legitimam et solemnem per se et suos heredes et successores dittis emptoribus, ut supra procuratoribus, pro se et eiusdem ecclesie presentibus et successoribus sollemniter et legitime stipulantibus, litem, controversiam vel questionem

aliquam de medietate dittarum terrarum vendita ullo
umquam tempore non inferre nec inferenti consentire
vel assentire, sed medietatem dittarum terrarum eisdem
nomine quo supra procuratoribus et eiusdem ecclesie
presentibus et successoribus, ab omni homine et persona
quacumque legitime defendere, guarentire, disbrigare
et de evitione teneri et dittam venditionem et omnia
et singula supradicta et infrascripta firmam et firma
ac ratam et rata semper habere, tenere et numquam
contrafacere vel venire, dicere vel opponere per se
et suos heredes et successores aut aliquos quovis
modo, in iudicio // (c. 211v) vel extra iudicium, de
iure vel de fatto, aliqua occasione, modo, ingenio
seu trattatu, sub obligatione sui ipsius heredum et
successorum suorum ac bonorum omnium mobilium
et stabiliū presentium et futurorum, quocumque
nomine nuncupatorum et pena dupli pretii supraditti,
medietate ipsius pene reginali curie vel alteri curie
ubi fuerit exinde fatta reclamatio seu querela et altera
medietate dittis procuratoribus nomine et pro parte
eiusdem ecclesie et eiusdem ecclesie successoribus
persolvenda, totiens quotiens fuerit exinde quomodolibet
contrafattum, me predicto notario tamquam persona
publica pro parte ditte curie et dittis emptoribus nomine
quo supra procuratoribus a prefato venditore penam
ipsam solemniter stipulantibus; qua commissa vel non
commissa, exatta vel non exatta aut gratiose remissa,
presens nihilominus instrumentum cum omnibus in eo
contentis in suo semper robore et efficacia perseveret,
cum refettione dapnorum interesse et expensarum litis
et extra que fierent propterea quoquomodo, de quibus
stari et credi debeat assertioni cum iuramento dittorum
procuratorum et eiusdem ecclesie successorum, nulla

alia probatione quesita. Et renunciaverunt <sic> super his predictis et quolibet predictorum dittus venditor voluntarie, legitime et expresse, // (c. 212r) pro cautela dittorum emptorum nomine quo supra procuratorum et eiusdem ecclesie successorum, exceptioni doli mali, vis, metus et infattum, presentis non sic celebrati contrattus, exceptioni deceptionis et fraudis et rei predicto modo non geste vel aliter habite quam superius et inferius continetur et est expressum, exceptioni ditte pecunie non numerate, non solute, non habite et non recepte ac non boni argenti, legi resissorie qua deceptis ultra dimidiam <iusti pretii> subvenitur et generaliter omnibus aliis auxiliis et beneficiis omnium iurium atque legum et specialiter iuri dicenti generalem renuntiationem non valere et iuri per quod cavetur quod ditto iuri renunciari non possit quibus et quod que ditto venditio et confexio et scripti huius tenor possent in aliquo minui vel infringi; pro quibus omnibus et singulis attendendis et inviolabiliter observandis, quodque predicta omnia et singula vera sint et ut in nullo vacillent, dittus venditor prefatis emptoribus nomine et pro parte ditte ecclesie predictae presentibus et recipientibus, coram nobis ad Santa Dei Evangelia prestitit iuramentum corporaliter, tactis per eum litteris; et voluerunt partes ipse predictae quod si in presenti instrumento aliqua iuris solemnitas deficeret, tacite et // (c. 212v) expresse intelligantur in eo et totiens refici possit quotiens opus fuerit per me predictum notarium semel bis et ter ad consilium sapientis, veritatis substantia non mutata. Unde ad futuram rei memoriam et dicti Iacobi venditoris preces et predictae luminarie ecclesiam Santi Girardi predicti et eiusdem ecclesie procuratorum et successorum certitudinem et cautelam,

fattum est exinde presens puplicum instrumentum per
manus mei preditti notarii, signo meo solito signatum
et ditti iudicis et subscriptorum testium subscriptionibus
subsignationibus roboratum.

3

4

5

6

7

Quod scripsi ego ibidem predittus Matheus puplicus ut
supra notarius qui premissis omnibus vocatus et rogatus
interfui ipsumque meo solito et consueto signo signavi;
supradittis autem refusis <sic> emendavi ubi legitur «in
iudicio» usque ad illam partem «et successorum» quod
accidit non vitio, sed quia scribendo casualiter erravi,
unde pro authentico habeatur. Quod scripsi ego idem qui
supra notarius. (SN) † Ego Iacobus Curialis qui supra
annalis iudex † Ego Rogerius de Lauro testis rogatus
interfui † Ego Antonellus de Roto testis interfui † Ego
domnus Ursus testis interfui † Ego Coluttius de Abrutio
testis sum

*Così S per ubi
Così S, altrove domini episcopi
Così S, altrove Pontate
Così S, altrove Lago
Così S per*